

Ioannes Aurelius Augurellus

S i forte primo dentur ingressu tibi  
H ic lector obuiam ulla; quae statim noua  
I n usitata que uideantur: uel Situ  
P riore mota; uel figura & ordine  
M utata; uel dempta numeris & addita:  
P er quos gradatim Mundus est olim undique  
M ensus peritis & probatis omnibus:  
O b id: prius quam: quae in recessu sunt; uelis  
V idere: Ne tu: quae lo: diligentiam  
A uctoris aspernere: Nanque operam Is dedit:  
V t uerba primum seruet: & sensus simul  
S cribentis usque. Deinde ut illis integris  
A ptetur omnis ipsa Nauigatio:&  
I isdem Tabellae Nauigantium consonent:  
F uere neque numeri adeo huic curae ut magis:  
Q uam Sensum: & ut quam Verba: eos curauerit:  
Q uos ipse uarios in tot exemplaribus  
G raecis Latinis que pariter adinuenerit:  
A tque positurae dissidentes maxime:  
Q uam Nauigantes Itinerantes que approbant.  
V erum precamur contra: ut ipse Candidus,  
A equus, Probus que, & Moris antiqui Sies:  
A ccuncta pensites prius: neque improbes:  
P robes ue quicquam: ni probandum duxeris:  
A ut improbandum iure: ne tantus Labor  
Fraudetur aequa Laude perte iniuria.  
S iluano At ipsi potius habeas gratiam:  
Q uod ausus haud tritam ingredi uiam/tibi:  
Q uare aliqua superes facile: in hac re prodidit:  
S i qua hic supersunt corrigenda (quae quidem  
N on pauca remut esse) ad horum Regulam:  
V t quae in remotis forte nos oris Latent.  
T andem que faueas Caeterorū Industriae  
D ebere fassus haud parum Inuentoribus.  
S ic cuncta: quae uel facere tu, uel dicere  
S tudebis unquam: prolsus Elegancia  
E t sint: & aequos sortiantur Iudices,